ac militari nec non evasionibus exceptionibus fatalibus iuris suffragi
primo tum et tertiam marcarum solution aequietatem munimen
laudoque ceterisque legalibus quibusvis impedimentis tam de iure quam
consuetudine concessis et admitti solitis differentiis evadendo et se sub
termino cum successoribus praemissis ab omnibus iuris remediis abrenuncian
sine dilatione succumbere sub amissione totius causae ergo lucrum vadii
sou vadiorum que vel quibus solet utrisque inscriptionis parti et omnibus contra-
contentis satisfacere cum successoribus tenebitur Nullam in praemissis ordinis
terrestri praescriptione silentio iuris obstante

Rembertowski quietat Radziłowsky

Comparens personaliter coram officio actis praesentibus Castren-
Premisliensibus Nobilis Albertus Rembertowski a iurisdictione sua
quovis proprio modo praesenti vero iurisdictioni Castren Premisliensi se cum succes-
soribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet incorporans et subii-
ciens sanus mente et corpore existens sponte ultro acceptus ex praemissis recog-
novit Quia a Nobili Stanislao Radziłowsky summam Quinqua-
ginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis sibi vigore actorum praesentium
Castren Premisliensium adsolvendam inscriptam totaliter plenarie ac in effectu
ac recepit et manualiter levavit Ratione cuius receptionis ipsum et eius
successores de eadem summa quietat et manere perpetuo facit praesentis
quoque praesentis sibi ab eadem super summa vigore statutum servientes cum omnibus ipsius
conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortifi-
ficat et obliterat aeternis temporibus

Herborth cum Humnieckiem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Pre-

misliensibus Generosus Albertus Herborth de Fulsztyn et in Słoi-
ska haeres a iurisdictionibus terrestribus et districtibus iuribus iurisdic-
tionibusque suis quibusvis proprijs modo ac foro competenti re-
nuncians huic vero iurisdictioni Castren Premisliensi se cum
successoribus ac bonis suis omnibus haereditarijs et obligatorijs mobilibus
et immobilibus per eum ubilibet et quomodolibet habitis et possessis
quo ad actum praesentem inscriptionis attinet incorporans et
subiiciens sanus mente et corpore existens publice ultro ac per ex-
pressum recognovit Quia Generosis Stanislao et Raphaeli Hum-
nieckiem de Humniska eorum successoribus summam Duorum Mil-
lium florenorum pecuniae monetae et numeri polonici singulum florenum
Triginta grossis polonicalibus computando veri certi liquidi
mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus Quam
quidem summam Duorum Millium florenorum pecuniae monetae praedictae praefa-
tus Generosus Albertus Herborth de Fulsztyn se cum successoribus
ac omnibus bonis suis haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus quae se
ubilibet et quomodolibet habitis et possessis obligat et inscribit praedi-
ctis Generosis Stanislao et Raphaeli Humnieckiem de Humniska
vel eorum posteris hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime venturo Coram officio et actis praesentibus Castren
Premisliensibus plenarie ac in effectu persolvere reponere relinquere
repositamque et relictam ab eodem officio non excumbere neque quavis ma-
nere vel submissionibus praetensis quibusvis praesentes actis et iuris ita astri-
ngit ut summam praedictam praefati Generosi Stanislaus et
Raphael Humnieckij cum successoribus suis apud officium et acta praedicta
ipsis de solo assignato vel alio quocumque cum voluerint levarent